

pertulisset, ad beati tandem Nycolai tumul<um, qui> apud Barum¹⁴⁸ celeberrimus habetur, illum detulit, quatinus per tanti merita confessoris^a mereretur mentem sanam recipere. Hac de cau<sa> cum ante altare eiusdem sancti prostrata intentissime precaretur et inter orandum iam fatigata fletibus obdormisset, apparuit ei <quidam> vir in habitu candido dicens ad eam: „Cur tanto te afficis tedio, mulier? Procul¹⁴⁹ dubio scias, quia non hic debetur sanita<s> filio tuo. Sed surgens recede et vade, ubi corpus requiescit beati confessoris Christi Mennatis, et crede, quia illic donante deo salu<tem> recipiet“. Credidit mulier optatissime visioni et protinus cum filio iter arripiens per indicia tandem pervenit ad montem illum, u<bi> iamdudum præfatum Christi confessorem et mansisse et quievisse perceperat, cepitque de corpore sancti viri ecclesie ipsius custodem interrogare. R<e>sponsum est illi nequaquam ibi illud esse, quoniam nuper fuisset inde a comite Rothberto^b sublatum et ad civitatem sancte Agathe translatus<um> honorificenterque reconditum. Anxia de salute filii mulier, licet non minimum fatigata, festina de loco discedit et experiri¹⁵⁰ desiderans, utrum esset verum, quod in somnis audierat, ad prædictam civitatem instantissime properabat. Quo cum <ve>nisset, antequam ad basilicam sancti viri accederet, subito inter eundum filius eius salvatus est et menti sanissime reddi<tus>. Quod cernens mulier et lacrimas huberes præ gaudio fundens emptis protinus cereis venit ad tumulum sancti^c laudans et g<lori>ficans deum et sanctum famulum eius et omnibus, quæque sibi contigerant, referens.

3. In eadem civitate erat cuidam militi filia, quæ iam per IIII^{or} circiter menses febre ardentissima vexabatur. Fide igitur maxima fidens detulit febricitantem filiam a<d> sancti viri basilicam et votum¹⁵¹ vovens

Mir. c. 2. a) folgt eius filius V. b) oder Rotbberto C? c) folgt Mennatis V.

148) Bari. 1087 war der Leichnam des heiligen Nikolaus dorthin gebracht worden, sein Grab wurde schnell zu einem Wallfahrtsort. Vgl. Charles W. JONES, *Saint Nicholas of Myra, Bari and Manhattan. Biography of a Legend* (1978) S. 208 f.

149) Petrus Damiani, *Briefe 1-4*, hg. von Kurt REINDEL (MGH Briefe d. dt. Kaiserzeit 4, 1983-1993), hier 1, S. 141 Nr. 12: Scias denique procul dubio, ... quia.

150) Cassian, *Collationes* (wie Anm. 122) præf., S. 5: utrum impleri queant, desiderat experiri.

151) *Miracula s. Adalberti martyris c. 9*, hg. von Georgius Heinrichus PERTZ, MGH SS 4 (1841) S. 615: votum vovens quod, si eum liberaret, ipsius vellet limina ... visitare.